

Epitōa operū sex dierū de mūdi fabrica **P**rolog⁹

Epitoma operū sex dierum de mundi fabri- ca.



Um apd
doctissimos et p-
stantissimos vi-
ros qui vera; na-
turam et historiam
tradidit de mū-
di fabrica. ac pri-
ma hominē genera-
tione dupler opinio fert. a priscis em illis tē-
pibus sumpto initio. scribem⁹ breuissime qz
tum in tam remotis (propter antiquitatē)
rebus licebit. Quidam mundum ingenitū
et incorruptibilem. et genus humanum ab
eterno extisse neqz habuisse ortus principiū
sensere. Quidam gentium corruptibilem qz
arbitrati. et homines direxerūt generationis
initiū tempore esse sortitos. Et greci viri cla-
rissimi qui historias collegerunt. affirma-
runt. Vnq ante initium omn̄ celi et terre cum
ctis simul confusis formā fuisse postea disse-
ratis. dimisqz molib⁹ cepisse mundū hunc
ordinem quem videmus. Aere; hunc motu
continue et igneā ptem cuius superiora
loca propter levitatem ait aut appetiuisse.
Quia ex causa solem ac stellaz multitudine
volutione totius circumferri. Partem autem
turbidam atqz terrestrem vñacum humi-
dis ad infima loca ob gravitatem descen-
disse que cum mīta essent. ex humidis qui-
dem mare effectū. Ex burioribus vero terrā
lutosam evasisse. et omnino mollem. hec pri-
mum cum solis ardore densior evasisset. in
quibus putredines tenui concreta pellicula
sint excitate. Erupisse tandem ab illa collu-
cie varias animantū formas quorum ea
quo maiorem calorem sortita sunt in super-
iore regionem volatilia abierunt. sicciora
et graviora. serpentia ac terrestria evaserūt
animantia. Naturā aquosam nacta in sin
generis elementum delata sunt. Tertia dein
ceps tum solis ardore tum ventis arefacta.
mutua commixtione serum perfectiora ge-
nerantur. Hoc Euripides Tragicus An-
tagore physici discipulus ita se habuisse te-
statur. Eodem modo homines a principio

genitos dicunt. In agris pastum queren-
tes. silvestri. et incondita vita vixisse qui-
bus herbe et arborum fructus vltro victum
piebuerunt. In huius deniqz enarratione
cum per multos elaborasset latinos grecos
qz videmus. preterea Chaldeos et hebreos
veteres nouosqz Relictis igitur antiquis et
roribus Archana. Moseos volumina de
mundi fabrica. et celebratis illis operibus.
sex dierum perlustrauimus. Quibus totius
nature secreta continentur. Nam moy-
ses propheta ac historicorum pater deo ple-
nus. ac celesti dictante spiritu totius magi-
stro veritatis exceptit hec omnia. Quem cu
nostrum tum suorum. tum gentium Deni-
qz testimonia preorsus humane sapientie.
doctrinarumqz omnium et litterarum con-
sultissimum prodiderunt. Apud hebreos.
Salomonis liber. cui sapientia titulus in
quo vir nature rerum interpres se illiusmo
di disciplinam de mosayca legi penitrali-
bus accepisse fatetur. Sunt apud nostros.
Lucas et philon autores granissimi. illum
in vniuersa egyptiorum doctrina fuisse eru-
ditissimum. Sed et hermippus attestatur.
Pythagoram de mosayca lege plurima in
suam philosophiam transstulisse. Vlotum
illud Cūmenij phylosophi. non aliud esse
platonem qz atticum moysen. In priuor
dio deniqz sui operis de natura. et de totius
opificio mundi velut agri cuiuspiam the-
sauri. omnis vere philosophie desossi sunt.
Factumqz est ni priuus hoc in hac parte
vbi deretur omnium emanatione a deo
de gradu. de numero et de ordine partium
mundanarum altissime philosophatur. et
propterea fuit decretum veterum herbarū.
Cuius etiam meminit Hyeronimus. ne
hanc mundi creationem quisqz nisi natura
iam etate attingeret. Que autem sunt per
hoc libro viri sanctissimi. Ambrosius et au-
gustinus. Strabo. Item et Heda et remi-
gins. Et ex innioribus. Egidius et Alber-
tus. Que item apud grecos Philon Oui-
enes. Basilius Theodosius. Appollinari-
us. Dydimus Gennadius Crisostomus et
scripsierunt intacta penitus a nobis relin-
qntur. De his item que vel Jonethes vel An-
chelos vel simon antiquus chaldaice tradi-
derunt. vel ex hebreis aut veteris Eleazarus.
Ab Johanne. Leoninus. Isaac. Joseph.

Epitōa operū sex dierū de mūdi fabrīta fo. ii

aut iuniores Gersonides. Sadias. Abraam
et conscriperunt nullam nos in presentia
mentionem habebimus. Ifferemusq; per
modū epitomatis. Et moysē seriem sex die-
rum. de diuina mundi fabrica. de qua in ar-
chanis sancte religionis litteris traditur.

us opifex disposuit. ut vere scriptura hec
Moseos ymagō mundi expressa sit. quem
admodum legimus etiam ei preceptum in
monte. ubi hec disidat. ut omnia ficeret sūm
exemplar quod in monte viderat. Quid tā-
dem mosaica littera de celebratis operibus
sex dierum edocet. cur sim absoluemus.

Erosus igitur deus fabricam mundi il-
lum primum et maximum filium prese-
cit operi immenso. Eoq; simul et consiliato-
re vsus est et artifice id erogitandis. oman-
dis. faciendoq; rebus. quoniam is pruden-
tia et ratione et potestate perfectus est. Nec
querendum ex quibus ista tam magna. et
mirifica opera deus fecerit. Omnia enim
fecit ex nihilo. Quanto igitur rectius est. o-
missis insensibilibus et vanis. oculos eo ten-
dere ubi sedes ubi habitatio est dei aeri. qui
terram stabili firmitate suspendit. qui celum
distinxit astris fulgentibus. qui solem reb⁹
humanis clarissimum ac singulare lumen
in argumentum sue ac uincie maiestatis ac-
cendit. Terris autem maria circumfudit. flu-
mina sempiterno lapsu fluere precepit. ins-
sit et extendi campos. subsidere valles. fron-
di tegi silvas. lapido surgere montes. que
utiq; omnia non Jupiter fecit. sed ille opifex
rerum mundi melioris origo. qui voca-
tur deus. cuius principium quoniam non
potest comprehendendi nec queri debet. Satis
est homini ad perfectam prudentialm. si de
um esse intelligat. ut suscipiet et honorificet
communem parentem generis humani. et
rerum mirabilium fabricatorem. Tres mi-
dos figurat antiquitas. supremum omni-
um ultra mundanum. quem theologi an-
gelicum. philosophi autem intellectualm
vocant. proximum huic celestem. postremū
omnium sublunarem huc quez incolimus
hic tenebrarum mundus. ille autem lucis.
celum ex luce et tenebris temperatur. Est et
propter tres quartus alius mundus. in quo
et ea omnia inveniantur que sunt in reliq; s
hic ipse est homo. Tritum in scolis verbum
est esse hominem minorem mundū. in quo
mitrum ex elementis corpus. et celestis spi-
ritus. et plantarum anima vegetalis. et bri-
torum sensus. et ratio et angelica mens. et
dei similitudo conspicitur. De his quatuor
mundis moyses sufficienter disseruit ut de-